

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1571

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 127

**Auteur(s) :** Henri Ier, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** La Chaise-Dieu, Saint-Robert (abbaye)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** douteux

**Datation :** 1052, 20 septembre

**Lieu d'émission :** Vitry-aux-Loges

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume le Bâtard souscrit l'acte par lequel Henri Ier autorise l'église de la Chaise-Dieu, en pays (pagus) d'Auvergne, à devenir abbaye en la soumettant à l'autorité épiscopale. Il confirme en outre à l'abbaye les donations suivantes : l'église de la Chaise-Dieu ; en Brivadois, l'église Saint-André ; l'église Saint-Germain dans le domaine de Triviaco ; les églises et les domaines de Fournols et de Beaupommier ; la chapelle du château de Bulhon ; à Luzillat le village et trois églises ; à [Saint-Denis-Combarnazat] (villa Sancti Dominini) deux églises et la moitié du domaine ; au château de Montgacon une chapelle ; à Saint-Victor deux églises ; in territorio Bocensi l'église Saint-Dier ; au pays de Lyon, l'église Notre-Dame avec le domaine de Sauzac.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°127, p. 297-299.

### Indications

Soehnée Frédéric, *Catalogue des actes d'Henri Ier, roi de France (1034-1060)*, Paris, Champion (Bibliothèque de l'École des Hautes Études), 1907, n° 92.

## Dissertation critique

Ce diplôme doit être admis sous réserve : la souscription d'Hugues, archevêque de Reims, est impossible, en effet aucun archevêque de Reims du nom d'Hugues n'apparaît avant 1352 ; d'autre part, l'archevêque de Tours doit être Barthélemy à la date de cet acte, successeur d'Arnoul (1023-1053) qui apparaît dans cet acte (FAUROUX, p. 298).

Texte établi d'après a

In nomine Domini Dei eterni et Salvatoris nostri Jesu Christi. Henricus Dei gratia Francorum rex. Si regia sollicitudo ea procurat que ad instauracionem sancte ecclesie catholice pertinere noscuntur, procul dubio magnum regii culminis statum preparare probatur et non solum in presenti stabilitatem regni corroborat sed etiam in futuro premium eterne retribucionis conciliat. Qua de re notum esse volumus omnium fidelium Dei atque nostrorum presentium scilicet atque futurorum industrie, quod nostram adiens mansuetudinem venerabilis vir et

Deo dignus, Rotbertus, Brivatensis canonicus et thesaurarius, a domino Rencone dilectissimo et familiarissimo nostro Avernorum episcopo missus et per litteras commendatus, innotuit se quandam ecclesiam in pago Arvernensi in heremo sitam et a Deo honoribus ampliatam Casamdei nominatam ad culmen et honorem abbatie promovere velle, nostre liberalitatis jussu et potestate et episcopi sui permissione, agentes itaque commune consilium cum proceribus et primoribus palacii nostri, decrevimus ejus annuere precibus et, tam pro nostra quam pro patrum nostrorum indulgencia, per preceptum nostre firmitatis auctorizavimus, et abbaciam fieri jussimus et permisimus, ecclesieque Arvernensi subdidimus, tali tenore ut Arvernensis episcopi jussu et voluntate, et monachorum loci illius peticione et electione abbas loco illi provideatur et Deo dignus procurator absque omni venalitate et munere instituatur, insuper etiam in Assumptione Beate Dei Genitricis et Virginis Marie abbas loci illius ad sedem Arvernensis matris ecclesie cum tribus aut quatuor monachis veniat atque cum canonici festive diei solempnitatem peragat, libramque incensi in censum persolvat. Dona etiam, pro Dei amore et timore, ecclesie predice concessu auctoritate nostre potestatis assignavimus et sigillo regio confirmavimus ; scilicet in eadem villa ecclesiam quandam in honore Sanctorum martyrum Agricolæ et Vitalis consecratam ; in territorio Brivacensi, ecclesiam unam in honore Sancti Andree consecratam, cum omnibus ad eam pertinentibus ; in vico Triviaco, ecclesiam Sancti Germani martiris cum ipso vico et omnibus ad eum pertinentibus ; in territorio Fornolensi, ecclesiam cum ipsa villa et omnibus ad eam pertinentibus ; ecclesiam de Bello Pomerio cum ipsa villa et omnibus ad eam pertinentibus ; cappellam de castello Bullione ; in vico Lucidiaco, tres ecclias cum ipso vico et omnibus ad eum pertinentibus ; in villa Sancti Dominini duas ecclias et medietatem ipsius ville ; in castro de Monte Vasconum capellam ; in villa Sancti Victoris duas ecclias ; in territorio Bocensi eccliam Sancti Desiderii episcopi et martyris ; in territorio Lugdunensi in villa quæ dicitur Sociacus eccliam Sancte Marie cum ipsa villa et omnibus ad eam pertinentibus et etiam per plura predia villarum terrarum cultarum et incultarum, sylvarum, vinearum, aquarum, pascuorum. Quicumque autem aliquam controversiam vel calumpniam huic donationi inferre presumpserit atque aliquid de predictis rebus et ecclesie traditis vel tradendis demere temptaverit, peticio illius irrita nostro precepto fiat, et episcopi compatriote plenam vindictam fratribus ecclesie illi deservientibus faciant. Habeat autem predicta ecclesia licenciam adaugendi et ad crescendi, jussu nostre majestatis, et quidquid rectores ejus in quascumque partes nostri regni, salvo jure ecclesiastico, adquisierint tam in villis quam in prediis aliquibus bonis firmitate nostre magestatis signavimus et tam futura et adquirenda quam preterita et adquisita bona tradidimus et auctorizavimus. Precipimus quoque ne quis laycus aliquam consuetudinem capiendi aliquid in loco illo habeat, neque aliquam molestiam abbati illi inferre presumat sed abbati omnia disponenda permittat et sic a nobis jussum esse non discudat. Mandamus etiam ut si quis aliquam calumpniam huic tradicioni inferre presumpserit, rectores loci illius ad regale suffragium concurrent, salva ecclesiastica autoritate, et plenam vindictam recepisse se gaudeant. Hoc autem preceptum, ut validiori astipulatione nitatur, annulo nostro subterfirmavimus et Arvernensi episcopo et ceteris nostri regni episcopis auctorisatione mandavimus.

Actum Victriaco palacio, publice, obtentu domni ac venerabilis Hugonis Nivernensis episcopi, mense Septembri, luna XI, indicione secunda, ab Incarnatione Domini, anno millesimo quinquagesimo secundo, regni domini et invictissimi Henrici regis vicesimo primo.

S. Bituricensis archiepiscopi. S. Arnulphi Turonensis archiepiscopi. S. Adeverti Carnocensis episcopi. S. Odonis fratris regis. S. Rononis Arvernensis episcopi. S. Rotoberti Burgundie ducis. S. Erberti Autisiodorensis episcopi. S. Willelmi Aquitaniensis ducis. S. Hugonis Remensis archiepiscopi. S. Isembardi Aurelianensis episcopi. S. Elmunii Augustunensis episcopi. S. Willelmi Normanorum ducis. S. Mainardi Senonensis archiepiscopi. S. Escelini Parisiensis episcopi. S. Widonis Cabilonensis episcopi. S. Radulphi comitis. S. Theobaldi comitis. S. Rainaudi camerarii. Seguinus Sciolus scripsit ad invicem Baldolini regii cancellarii, XII. Kalendas Octobris.